



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Gandauenses n. 14 [i. e. 15]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

imperitæ plebi suggereret, occuleretque manum. Societatem facere suæ consuetudini, suoque nomini consentanea, quæ tam singulare modestiæ specimen, concordiæque daret, nec minus esset admiranda ciuibus in digressu, quam salutaris in mora. Sed huius quoque beneficij memoriam seruatum, & paucos intra dies quanti Societatem faceret, ostensum. *Hæc Senatus, à quo digressi Patres, honorificeque deduxerunt domum à Senatoribus aliquot. Ita Par. I. Hist. Soc. lib. 15.*

num. 73.

12. A SENATV LIMENSI *In Decreto illo adeo celebri, quo Electa so-*  
*de nobis ille mira prædicabat encomia, indigenisque Limensis Vrbis ceteras ad*  
*toto iam Orbe celeberrimæ seuere præcipiebat, Ut singulis Domini-*  
*cis diebus ad Societatis Templum conuenirent, Ca-*  
*techesim à Nostris, ac de rebus diuinis concionem audi-*  
*turi. Tantam Regius ille Senatus de Societate in hoc mune-*  
*re opinionem conceperat. Ita in Annal. Societ. ann. 1606. fol.*  
 184.

13. A SENATV NOVI REGNI Literis ad Philippum III. *Experita*  
*Regem Catholicum enixe postulante, Triginta illuc è Societate ad barba-*  
*mitteret, qui barbariem, inscitiam, idolorumque cultum*  
*penitus insitum ex multarum Nationum animis euellerent,*  
*sicut ipsam Ciuitatem Regni totius caput, Socij auspice Deo,*  
*ab improbissima in optimam conuerterunt. Sic in Annal. So-*  
*ciet. ann. 1604. fol. 108.*

14. A SENATV BVRDEGALENSI *Provincie Aquitanie* *In Comi-*  
*ta Nobis fauente, nostrumque nomen à maleuolorum inuidia de-*  
*fensante, ut in Regia, in Comitijs, in maximis principum vi-*  
*rorum conuentibus, Societatis causam grauissimè defenderit, Seque*  
*hoc veritati, fidei, Catholicæ Religioni tribuere, testaretur. Ita tu.*  
*in Annal. Soc. ann. 1596. fol. mihi 412.*

15. A SENATORIBVS GANDAVENSIBVS: *Qui timentes, vtilitas ex-*  
*ne Claudius Generalis è Missione Gandauenſi euocaret Patres (is Gandauenſi*  
*rumor Gandau percrebuerat) datis communi nomine literis, obnixe*  
*Claudium orauere, Per Iesu Christi sanguinem (iporum hæc*  
 Yy 3 verba

*verba sunt) ne Societatis Missionem reuocari pateretur ; sed contra iuberet eam confirmari, ad emolumentum spirituale, bonorumque ciuium consolationem. Fatebantur enim, Patres ad se missos magno totius ciuitatis commodo ita desudare in conuellenda Hæreticorum prauitatem, ac Catholicæ rei dignitate restituenda, vt Ecclesia Dei magnum in dies sentiret incrementum. Sic illi apud Imag. I. sec. Soc. lib. 6. fol. 889.*

*Et labor in  
conuellen-  
dis hære-  
bus, & si-  
dei digni-  
tate insti-  
tuenda.*

*Commen-  
datur So-  
cietas ex  
maiori pre-  
ceteris fru-  
stu:*

16. A SENATORE DOLANO *Clarissimo in amplissimo Se-*  
*natu, ceterorumque Vrbis Magistratum confessu pronunciente, Plus*  
*fructuosæ operæ, ac necessariæ opis in rem Christianam con-*  
*tribui ab vnica Societate, quam ab vniuersis ceteris religiosi*  
*Instituti familijs. Et postea addit. Hunc Patrum Ordinem*  
*vniuerso esse Orbi utilissimum, adeoque etiam necessarium :*  
*cui fouendo, multiplicandoque omnes ijsdem legibus teneri,*  
*quibus rem Christianam sartam, tutamque velle, ac præstare*  
*deberent ; eoque sibi persuasissimum esse, subministrando*  
*Societati operarum supplemento, non Religionis modote-*  
*nendæ, sed status etiam publici conseruandi nomine, à cu-*  
*iuscumque gradus hominibus liberos suos, atque in ijs natu*  
*maximos, sponte alacriterque esse deouendos. Hæc ille in*  
*Annal. Soc. ann. 1612. fol. 645.*

*Ex labori-*  
*bis.*

*Ex veloci-  
tate nubiū,  
& Angelo-  
rum instar.  
Isai. 18. 2.*

*Ex opposi-  
zione cum  
Lutherò.*

17. A IOANNE SOLORZANO *Regio Senatore ac scriptore*  
*doctissimo Tom. I. de Indiar. Iure lib. I. cap. 15. num. 22. vbi agens de*  
*expeditione Orientali, hec scribit. Quâ in expeditione cum mul-*  
*tum laborauerint Religiosissimi Patres Societatis IESV, teste*  
*Lumnio, eis congruere, ait, appellationem Angelorum ve-*  
*locium, de quibus loquitur Isaías cap. 18. & Nubium volan-*  
*tium, &c. Et Ibidem cap. 16. num. 84. Vbi Lutherus (inquit)*  
*diram tot hæresum labem per Germaniam euomuit, Beatissi-*  
*mum Hispaniæ decus Ignatium à Loyola suæ Societatis In-*  
*stituta, & milites præparasse, qui aduersus perfidum illum*  
*Hæresiarcham, & eius sequaces, & verbo, & scriptis ut fa-*  
*ciunt, & fecerunt semper acriter, & feliciter decertarent. Et*

*postea*